

proponunt bona illorum, qui cum curia nostra contrahunt,
 principaliter vel accessorie eis obligata fore seu vendita aut
 donata, ante quam bona huiusmodi fuerunt nostre curie obli-
 gata, volentes huiusmodi tergiversacionis dolosis et calump-
 niosis ²¹proportionibus ¹³et allegationibus obviare, volumus et
 mandamus, ut in predictis terris famosis publice voce
 preconiā exponi faciant, quod, si aliqui libeant aliqua
 iura contra bona ~~huiusmodi~~ ipsius Mathei de Rido et illorum,
 qui fideiusserint pro eodem, ea ¹⁴coram te proponere allegare
 et monstrare debeant, quia, si ad presens ea non proposerint
 et monstraverint, postmodum penitus nullatenus audientur,
 utpote qui quasi manifeste tergiversantes videntur collu-
 dize et dolose in preiudicium curie nostre moveri. volumus
 insuper et tibi expresse precipimus, quod ~~mandata et facias~~
~~exerceri et si ipse Matheus fideiussores predicto modo dare~~
~~non poterit~~ quousque predictus Matheus tibi fideiussores dede-
 rit in forma predicta, per predictos iudicem peregrinum ¹⁵
 et socios predictos cabellas secrecie et satis Sicilie presentis
 anni mandata et facias exerceri et, si ipse Matheus fide-
 iussores predicto modo dare non poterit, ipse iudex Peregrinus
 et socii de cabellis ipsi secrecie et satis et fideiussores eo-
 rum absolvi non sint sed remaneant nostre curie obli-
 gati, remanente nichilominus predicto Matheo de Rido
 de predicto addito facto per eum et de omni interese et
 lesione, que ²²provenerint ex hoc nostre curie, notis iuxta
 nostrum arbitrium et beneplacitum obligato. miramur
 preterea non indigne, quod ~~non~~ ^{instrumenta} de fideiussione nulle un-